Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38279
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



331

Quis dolor forte de flagello, aut ere fratres mei. ue re dicam uobis: flagella
sua dolent homines: Quare flagellantur non dolent; Honerat iste sic,
audite fratres nescio quis damnum patitur. proclinior est. ut dicat indigne
passus sum. quam ut considerat. quare passus sit; Dolens damnum
patitur. Non dolens iustitiae; Si peccata thesaurum tuum
interiorem dolent nihil habes in domo, sed forte in animo aut corde;
Si autem plenum est cor bono suo doctuo. quare non dicis. dns dedit dns
abstulit sicut dno placuit. Ita factum est. sit nomen dni benedictum;
Unde ergo iste docebat de flagello quo flagellabatur absit. ad dolorem
usinquitantem semper est; aut quasi diceremus quis dolor unde dolor;
Quoniam iniquitatem meam pronuntio, et curam geram pro peccato meo;
Ecce unde dolor non de flagello; Dolor de uulnere non de medicina;
Nam flagellum medicamentum est. contra peccata; Audite fratres.
Xpiani sumus. et tamen plerumque si filius cuiusquam moriatur. plan
git illum; Si peccat non illum plangit. tunc plangere at. tunc dolere at
cum peccantem uidere at; tunc modum inponere at tunc normam ui
uendi docere at. disciplinam dare at; Aut si fecit at ille non audiuit,
tunc erat plangendus; Tunc peius mortuus luxoriose uiuens.
quam moriendo luxoriam finiens; Tunc ergo quando ista faciebat
in domo tua. Non solum mortuus erat sed et putebat; haec dolenda sunt.
illa sustinenda. illa ferenda. ista plangenda; plangenda autem
quomodo audisti plangere istum; Quoniam iniquitatem meam
ego pronuntio et curam geram pro peccato meo; Ne securus sis cum
confessus fueris peccatum. tamquam semper pure pertusa ad con
fitendum. et cum mittendum peccatum; Sic pronuntia iniquita
tem tuam. ut et curam geres pro peccato tuo; Quid est curam ge
rere pro peccato tuo. curam gerere. pro uulnere tuo; si dicere s
curam geram pro uulnere meo. quid intellegere aut. Nisi da bo ope
rem ut sanetur; Hoc est enim curam gerere. pro studiose et se
dolo agere ut sanes peccatum; Ecce de die in diem planges peccatum
tuum. sed forte lacrimae currunt. et manus cessant; fiant
elimosinae. redimantur peccata; gaudeat indigens de dato tuo.
ut et tu gaudeas de dato dei; Ergo ille egens et tu egens ille accipe egens tu
addm; tu contemnis egentem tui. dns non te contemnit. egente
sui; Ergo in plaga tua egente sinopiam. ut impleat dns interiorem tuam.